pnominati mariti sui, sine quovis impedimento, et contradictione successorum pdictis consortis suae, totaliter et plenarie devolventur. Similiter quoq si prius pfatam Nobilem Mariannam Rudnicka Consortem suam, quam ipsum Nobilem Franciscum Szyiecki Maritum suum mori contigerit, extunc idem Maritus, bona suprascripta generaliter omnia, morte pdictae Consortis suae derelinquenda, cum omni Iure dominio, et proprietate tenebit, habebit, et possidebit, illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitae suae tempora Utifruetur: post Mortem vero et de hac luce decessum eiusdem mariti sui, extunc bona suprascripta, morte eiusdem Consortis derelinquenda ad successores suos sine quovis impedimento et contradictione successorum Mariti sui totaliter et plenarie devolventur. Istis suis pntibus personalibus Recognitionibus ad pmissa mediantibus.

M. Krasicki et Krainski mutuo sese Quietant.

63/ Comparentes personaliter, coram officio, et Actis pntibus Castrensq Capitaneq Premysliensq Illustris et Magnificus Martinus Constantinus a Sietin, in Krasiczyn Krasicki, Castellanus Premysliensq ab Una, et Gnosus Samuel Stanislaus Krainski parte ab altera: Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, pnti vero Castrensq Capitaneq Premysliensq Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atqz subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se se mutuo et invicem de omnibus generaliter Contractibus, Interceptis, Scriptis

manualibus, Chyrographis, et Membranis roboratis et non roboratis, Inscriptionibusq quibusuis, quouis modo rnatatis, et coram Actis quibusuis Authenticis Regni ratione bonorum Villae Duszowce et Baryck, in Terra et districtu praesenti Premysliensi iacens et consistens: tum et certarum rerum et conditionum in eisdem Contractibus expressarum, conscriptis, et ad diem Actus praesentis intercedentibus, et praesertim de Interceisa Ultimaria de actu ipso hic Premysliae Feria Quinta post Festum Natiuitatis Beatissimae Virginis Mariae Anno Millesimo sexcentesimo sexagesimo nono conscripta, alysq quibusuis assecurationibus et earum Inscriptionibus Roboratoriis: tum de Pensionibus eo nomine quouis modo exortis et inclusiue ad diem Actus praesentis subsequentibus, obtentam sibi ab vtrinq pro praemissis ortam plenariam et sufficientem satisfactionem quietant, eximunt, dimittunt, liberosq et absolutos perpetuo pronunciant: Contractus generaliter omnes, Interceisas, Scriptas Manualia, et Membranas, eorumq Roborationes, Inscriptionesq authenticas quasuis, ratione bonorum memoratarum Villarum Duszowce et Baryck intercedentes, in toto et per omnia cassant, mortificant, et annihilant, sibi, suisq posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium. Saluis nihilominus Interceisis et Contractibus alysq quibusuis Iuribus, et Inscriptionibus, quo ad Bona Villae Krzenowice, se se referentibus, tum quoq Salua Interceisa ad praesens ratione Villae Duszowce et Baryck Conscripta, et sub Actu diei hodiernae roborata, sibi Recognoscenti Gnoso Krainski pleno in robore reseruata. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

ydem mutuo inter se Rbnt

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren: Capitaneatus Premysliensis, Illustris ac Magnificus Martinus Constan